



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

v. De litis contestatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](#)

De litis contestatione. Tit. 5.

Litis contestatio in iudicio nisi facta siet, pro- 1. olim.
cessus in ritus esto, hanc petitio in iure pro-
posita & respōsio sequuta faciunto. non, si que-
dam positiones factae erunt, & ad illas respon-
sum erit hinc inde, lis propterea contestata ac-
cipitor.

*Vt lite non contestata non procedatur ad testium
receptionem vel ad sententiam diffiniti-
uam. Tit. 6.*

Lite non contestata ad receptionem testium 5. Quo-
ne proceditor. Si tamen de morte vel absen- niam. in
tia testium diurna timebitur, & ciuiliter agen princ.
dum erit: senes & valetudinarii, & alii testes, de
quibus ex aliqua rationabili causa timebitur,
etiam lite non contestata, siue reus contumax
erit, siue absens absq; malicia conueniri nequi-
bit, admittuntor. hunc tamen intra annum, ex
quo poterit conueniri, actor vel conuenito, vel
testium receptionem denunciato. alioquin nec
sic receptae attestations valento.

Siverò super cuius electione, copuláve mari- θευα.
tali quæstio mouebitur, & contumax adparebit porro.
is in quæ erit actio dirigunda, siue quia perem-
ptoria citatione recepta venire contemnet, ma-
licioséve seipsum occultabit, vel, ne citetur, im-
pediet: testes lite non contestata admittuntor. si
de causa liquebit: nihilominus ad sententiā diffi-
nitiam proceditor. sin aliter aberit, & de spiri-